Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39281
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

me deus meus. Septimum Responsorium. Peccauimus cum patribus nostris iniquitatem fecimus. Domine in misericordia tua libera me. Quia non est in morte qui memor sit tui. Quia in inferno quis confitebitur tibi. Laborauit in gemitibus suis. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Lacrimis meis stratum meum rigabo. Turbatus est a furore oculus meus. Inimicis meis. Domine exaudiuit deprecationem meam. Domine orationem meam suscipiet. Erubescant et conturbentur omnes inimici mei. Conuertantur retrorsum et erubescant. Octauum Responsorium. Domine ne in furore tuo arguas me. Neque in ira tua corripias me. Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi. Et confirmasti super me manus tua. Non est sanitas in carne mea. Quoniam iniquitates meae supergressae sunt caput meum. Sicut onus grauatae sunt super me. Putruerunt et corruptae sunt cicatrices meae. Miser factus sum et curuatus sum usque in finem. Tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis. Rugiebam a gemitu cordis meae. Cor meum conturbatum est. Dereliquit me fortitudo mea. Et lumen oculorum meorum quod et ipsum non est mecum. Amici meorum et proximi meorum. Contra me appropinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta me erant de longe steterunt. Et uim patiebantur qui quaerebant animam meam. Et dolos meditabantur. Et dolos meditabantur. Et tota die. Ego autem tamquam surdus non audiebam. Et sicut mutus non aperiens os suum. Factus sum sicut homo non audiens. Et non habens in ore suo. Quoniam in te speraui. Tu exaudies me domine deus meus. Quia dixi ne quando gaudeant inimici mei. Et dum commouentur pedes mei. Super me magnificati sunt. Quia paratus sum in flagellum. Et dolor meus in conspectu meo semper. Quia iniquitatem meam annuntiabo. Et cogitabo pro